GLoria in excelſis deo Et in terra pax hominibꝰ bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimꝰ te. Adoramus te Glorificamꝰ te. Gratias agimꝰ tibi ꝓpter magnā gloriā tuam Domine deꝰ rex celeſtis: deus pater oīpotens Dn̄e fili unigenite Jeſu xp̄e Spiritus et alme orphanoꝝ paraclite Dn̄e deꝰ agnus dei filius patris. Primogenitꝰ Marie virgis matris Qui tollis pctā mūdi: miſerere nobis Qui tollis peccata mūdi: ſuſcipe deprecationē noſtrā Ad marie gloriā Qui ſedes ad dexterā patris: miſerere nobis Quoniā tu ſolus ſctūs. Mariā ſctificās Tu ſolꝰ dn̄s Mariā gubnās Tu ſolꝰ altiſſimꝰ Mariā coronās Jheſu xp̄e Cū ſancto ſpiritu in gloria dei patris Amen

Symbolum Nycenium

CRedo in vnum deum Patrem oīpotentem factorē celi et terre: viſibiliū omniū et inuiſibiliū Et ī vnū dn̄m Jeſum chriſtū filiū dei vnigenitū Et ex patre natū ante oīa ſecula Deū de deo lumē de lumine deū verꝫ de deo vero Genitū nō factum cōſubſtantialē patri per quē oīa facta ſunt Qui propt̄ nos hoīes: et ꝓpter noſtrā ſalutē deſcendit de celis Et īcarnatꝰ eſt d̄ ſpiritu ſancto Ex Maria virgine Et homo factus eſt Crucifixus etiā pro nobis ſub pōtio pylato paſſus et ſepultꝰ eſt Et reſurrexit tercia die ſ̄m ſcripturas Et aſcendit in celum ſedet ad dexteram patris Et iterū venturꝰ eſt cū gloria iudicare viuos et mortuos: cuius regni nō erit finis Et in ſpūm ſanctum dn̄m et viuificantem: qui ex patre filioꝙ procedit Qui cum patre et filio ſimul adoratur et conglorificatur qui locutus eſt ꝑ prophetas Et vnam ſanctam catholicam et apoſtolicam eccleſiam Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatoꝝ Et expecto reſurrexionem mortuorum Et vitam venturi ſeculi Amē

Finita miſſa dicat hanc Orationem

PLaceat tibi ſancta trinitas obſequium ſeruitutis mee: et preſta vt ſacrificium quod oculis tue maieſtatis indignus obtuli: tibi ſit acceptabile: et michi ac omnibus pro quibus illud obtuli: ſit te miſerante propitiabile. Per chriſtum dn̄m noſtrum Amen

QUi pridie quam pateret̄: Accepit panē ī ſanctas ac venerabiles manus ſuas. Et eleuatis oculis in celū ad te deū patrē ſuū oīpotentē tibi gracias agēs: bene ✠ dixit fregit d̄dit diſcipulꝭ ſuis dicēs Accipite ⁊ mādūcate ex hoc oēs. Hoc eſt enim corpus meū

SImili modo poſteaꝙ cenatū eſt: accipiēs ⁊ hūc preclarū calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas item tibi gracias agēs: bene ✠ dixit dedit diſcipulis ſuis dicens: Accipite ⁊ bibite ex eo oēs. Hic eſt enim calix ſaguinis mei noui ⁊ eterni teſtamēti myſteriū fidei: qui pro vobis et ꝑ multis effundet̄ in remiſſionē peccatorum Hec quociens cumꝙ feceritis in mei memoriam facietis.

Initium ſancti ewangelij ſecundum Joannem

IN principio erat verbum: et verbū erat aput deum et deꝰ erat v̄bū: hoc erat in pⁱcipio aput deū Omnia per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo factū eſt nichil Quod factum eſt in ipſo vita erat et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebre eā non cōprehenderunt Fuit homo miſſus adeo cui nomē erat Joānes hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine vt omnes crederent per illum Non erat ille lux ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine Erat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum In mundo erat: et mundus per ipſum factus eſt: et mundus eū nō congnouit In ꝓpria venit: et ſui eum non receperunt Quotquot antē receperūt eū dedit eis poteſtatem filios dei fieri: his qui credunt in noīe eiꝰ Qui non ex ſanguinibus neꝙ ex voluntate carnis: neꝙ ex voluntate viri: ſ̄ ex deo nati ſunt Et verbum caro factum eſt et habitabit in nobis Et vidimus gloriā eius gloriam quaſi vnigeniti a patre plenum gratie et veritatis

264.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=11-5-aug-2f